

Dispvtationes Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Sect. 3. De immensitate, & existentia Dei in rebus omnibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

Disput. V. de Deo; Sect. II. & III.

75

Deus est
ens deter-
minatum,
tamen infi-
nitum.

esse determinatè seu distinctè id quod est
Verum tamen per hoc ipsum, esse id quod est,
& distinctum à creaturis, quod est ens irre-
ceptum, id est, ens à se, illimitatum in om-
ni genere perfectionis, & complectens om-
nem perfectionem possibilem, vel formaliter,
vel eminenter, eo scilicet modo quo
eam continere melius est.

Ad secundum Respondeo, Deum non esse
formaliter omnes perfectiones possibles,
imò neque esse formaliter villam perfectio-
nen creatam, id est, qualis est in creatura,
cum limitatione & dependencia: hoc enim
est magna imperfectionis in Deo, & repu-
gnat enti à se. Ideoque existentia Dei non
excludit possibiliter, neque existentiam
rerum creatarum. An vero possint dari simul
à parte rei omnia possibilia & omnia creabili-
a, dicemus in fine huius tractatus, dispu-
tando de potentia Dei.

Vide disp.
22. sect. 4.
Dei infini-
tudo non
impedit
quā alia
finis possi-
bilia.

Ad tertium nego antecedens: & ad eius
probationem Respondeo, dato corpore undeque infinito & immenso, adhuc posse
dari penetratio cum illa alia corpora infinita
quorum existentia & moles corporeas,
finita vel infinita & immensa, non impedi-
ret, quin prius illud esset omnium, quia
contineret aequalenter partes cuiuscun-
que alterius corporis sibi adiuncti, siue fini-
ta, siue immensa. Quo pacto Deus continet
aequalenter & eminenter perfectiones om-
nium creatarum, quae cum illo esse pos-
sunt; adeoque illarum existentia possibilis,
aut actualis, non inaltat quin Deus sit infinita & immensa perfectionis.

II.
Impossi-
ble est dari
maximum
finitum,
quo alii
maius dari
non possit

Instabis, quia impossibile est dari max-
imum finitum ergo est impossibile dari unum
infimum. Probarur consequentia, quia non
est infinitum id quod non superet & transcen-
dit maximum finitum: alioquin enim manet
intra multitudinem eorum quae finita sunt.
Antecedens vera probatur, quia si daretur
maximum finitum: ergo addito uno gradu,
vel unica parte finita fieret infinitum: atque
ita ex duobus finitis fieret infinitum, eset
que certa proportio excessus, puta unius unitatis,
vel unius palmi, inter finitum & infinitum,
si. Ex. grat. dato maximo finito in
quantitate continua, vel in multitudine, ad-
deretur illi unusculus, vel unica unitas,
eiisque additione fieret infinitum.

Euclid.

Respondeo negando consequentiam, ad
cuius probationem dico, ut aliquid sit infi-
nitum, non aliquid requiri, quā ut excedat
omne finitum, iuxta definitionem supra da-
tam ab Aristotele. Potest autem excedere
omne finitum, quamvis non superet maxi-
mum finitum possibile, quia nullum est tale,
scilicet possunt esse finita maiora & maiora in
infinitum. Sicut quemadmodum demonstrant
Mathematici cum Euclide lib. 1. Elemen-
ta defin. 12. & lib. 3. propo. 15. angulus re-
ctus est maior unanibus acutis, quamvis inter
acutos non sit maximus, sed possint duci plures
& plures in infinitum alicuius maiores. Et an-
gulus circunclus secundus ex diametro & costa,

est major omnibus rectilineis, qui intra candē
diametrum & costam duci possunt plures &
plures, alijque alii maiores in infinitum. Sic
etiam circulus est perfectior omnibus figuris
rectilineis, quamvis inter illas nulla sit per-
fectissima, possunt enim in infinitum multi-
plicari. Et homo est perfectior omnibus crea-
torum speciebus, licet in infinitum multiplicabi-
libus, unde inter illas nulla est, qua
perfectior dari non possit.

SECTIO III.

De immensitate, & existentia Dei in rebus omnibus.

Conclusio: Deus non tantum est ubique, 12.
crebus omnibus creatis praesens intimè & Deus est
substantialiter, sed etiam ultra celos, qua-
ubique per
qua verum infinitè diffusus & immensus
essentiam, Prima pars est D. Thomæ, q. 8. a. 1. & 3. a. 1. & poten-
tia, Deum simpliciter est ubique in rebus omnibus,
omnibus creatis per presentiam, potentiam,
& essentiam. Per presentiam quidem, qua-
tenus omnia sunt in conspectu eius, id est, in
notitia & visione terminata ad omnia actu
existentia, iuxta illud Hebr. 4. Non est ulla
creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia autem
sunt nuda & aperta oculis eius. Per potentiam
vero, quatenus eius omnipotentia operatur
circa omnia, ubique efficiendo vel conse-
uando quidquid creatum est, iuxta illud
Hebr. 1. Portans omnia verbo virtutis sua, id est
phrasim Hebraicam, verbo suo forti & encaci-
tia. Et 12. Cor. 12. Operatur omnia in omnibus. Per
essentiam denique, seu per substantialiam & en-
titatem suam, quatenus per illam omnia res-
plet, & entitatè atque substantialiter re-
bus omnibus inimicè praesens est, iuxta illud
Hierem. 23. Cælum & terram ego impleo, dicit
Dominus. Et Act. 17. Non longè est ab unoquoque
nostrū: in ipso enim vivimus, & mouemur, & sumus.

Dux prioris præsentiae, cognoscendo &
operando, præcisè sumptu, morales lib., &
alterius loci. Tertia, physica, &c. huius lo-
ci propria: quæ secundo confirmatur ex mys-
terio Incarnationis, & Eucharistia. Quæ enim
Verbum diuinum sit unum substantialiter
humanitati Christi, & Christus totus secun-
dum humanitatem & diuinitatem sit intimè
praesens substantialiter speciebus Eucharisti-
cis: nisi diuinitas esset ubique, sequeretur ea
localiter motam fuisse, quando humanitas
mouebatur: & moueri quotidie ad motum
Christi, & specierum Eucharisticarum ex
vno loco in aliun. Idem tertio confirmant
sancti Patres vt D. August. Epist. 57. ad Dar-
danum, inter principium & medium: Deus
substantialiter ubique diffusus est. Et Agapetus,
Synaita lib. 2. de rectis fidei dogmatibus, Om-
nia diuinæ suæ adimpler, essentia, est que in omnibus
que sunt. Et Chrysost. hom. 17. in Genes. Non
ambulat Deus, absit: quododo enim ambular, qui
ubique praesens est, & omnia implet. Quartu de-
nique confirmatur ex attributis immensis
& naturali ratione, de quibus mox.

August.
Anastas.

14.

Probatur
Deum esse
immensum.

Secunda pars conclusiois quod Deus sit substantialiter extra celos quaquam versum infinitum diffusus & immensus, probatur primò ex Scriptura, quæ docet Deum suā substantiali hoc vniuersum ita respere, ut eo non definatur, sed extra latius pateat: nec ullum huius amplitudinis terminum dar. Celi celorum te capere non possunt, 3. Reg. 8. Excelso celo est, Iob. 11. An non cogitas quod Deus excelso celo sit, & supra stellarum verticem sublimatur? Iob. 22. In Concil. verò Lateran. sub Innocente III. cap. 3. expressè dicitur, Deum esse immensum, & in alio Lateran. sub Martino I. can. 4. Christū secundū corpus esse circumscriptū, conditum, & capabilem; secundum divinitatem, in circumscriptionem & incapabilem, id est, excedentem suā præsen-
tiā substantiali omnem finitam capacitatē.

Athanas.

Hem etiam docent sancti Patres: Athanas. in symbolo ab vniuersa Ecclesia recepto, Im-
mensus Pater, immensus Filius, immensus Spir-
itus sanctus. S. Dionys. cap. 9. de diuinis nomi-
nibus, ait Deum intratē fundi supra omnem ma-
gnumidem: Athenagoras antiquissimus scri-
ptor, in legatione pro Christianis, ubi sic
scribit, Deus ita mundus excedit, ut impletat unde-
quaque quicquid supra ipsum est, nec locum ullum
vacuum se relinquat. Grégor. Nazianz. Apo-
log. 1. inter medium & finem, Deus in tri-
nerto est & extra triuniversum. Hilar. lib. 1. de
Trin. sc̄r̄ initio, Deus mundo inest interior, ex-
cedit exterior. Cyrillus Alexand. in Concil.
Ephesio parte r. cap. 4. Deitas omni loco &
mensura, omnique circumscriptione & mensura-
bili magnitudine superior, a nullo capi comprehen-
sibilem potest. Et D. August. lib. 11. de Gi-
uit. cap. 5. ubi contra nonnullos argumen-
tans sic ait: An forte substantialiam Dei, quam ne-
includunt, nec determinant, nec distendunt loca,
sed de ea sicut de Deo sentire dignum est, fatentur
inco: pōrā praesenti & ubique totam, à tantis loco-
rum extra mundi spatijs absensem diffisi su-
mas, & in uno tantam, arque comparata, ne ipsius
infusum tam exiguo loco, in quo mundus est, oc-
cupetam? Tunc prius eos in hac Camiloq[ue] p[ro]p[ri]etatis p[ro]cessuros. Et lib. 9. Confess. cap. 5. comparat
mundum spongea intra mare existenti, & ha-
bēti[n]are nō modò intra se, sed extra quaquam
versum infinitè diffusum & excedens; ita ut
Dei impenitus simili modo totum mundum
impleat & excedat.

Athenag.

Nazianz.

Hilarius.

Hilarius.

Ep[istola]ma-

August.

Sequitur secundū, Deum esse in omnibus spatijs imaginarijs, id est, habere extensiō-
mē virtutē aequivalentē illi formalē, quā imaginamur extra celos undeque illimitatam: & esse vbi cunque operari potest modo illo perfectissimo, ita ut eius amplitu-
do non limitetur ad hoc vniuersum, sed infi-
nitā sit, & immutabilis, & peccati gloria, sem-
perque eodem modo se habens secundum se-
cū ad illam alia diversiōne habent. Nam alioqui instaratur localiter, & exen-
deret se, in eo casu que extra mundum ali-
quid aliud producet. Quia enim intimē illi
adesse deberet, ut adest toti mundo: deberet
sumere maiorem quā amplitudinem, & ex-
tendere se. Ac si Deus ante mundi creationē
non habuisset amplitudinem situalem quam
punc haberet, sed præsentiam mē s[ecundu]m & planē indivisiabilem: non potuisset mun-
dū sibi coniungere secundum præsentiam adæquatam, sine aliqua sui mutatione, &
extensiō locali. Sic denique, licet intra luna concavum destrueret omnia, es-
set nihilominus in luna seorsim totum il-
lud concavum; ut iacti postea, codēm

15.

Immenitas
est perfe-
ctio.

Accedit denique ratio naturalis. Nam in
rebus corporeis & quantis perfectio quedam
est, quod alicubi præsentes esse possint. Si
sequitur maior si pluribus locis tota simul
adesse possint, quod imperfectio naturalis
naturaliter fieri non permittit. At verò am-
plitudo illa virtualis (id est, carens parti-
bus enigatis quæ sunt aliae extra alias, illis
tamen aquivalens) quā rationalis anima, li-
cer spiritualis & inaudibilis, responderet adæ-
quatè spatio diuisibili corporis quod infor-
mat, tota in toto, & rotata in qualibet parte,
perfectio purior & nobilior est, Angelis
quoque suorum conueniens, quoque maior,
Angelis nobiliores sunt. Illa ergo perfe-

ctio non est Deo neganda; sed ut sit in alijs perfectionibus quas à rebus creatis transfe-
rimus ad Deū, semouendæ tantum ab ea sunt
imperfectiones quædam, quibus non caret in
creaturis. Cuiusmodi sunt esse dependentem,
esse mutabilem, esse limitatam ad certum
aliquid spatium. Cumque Deus sit infinitus
simpliciter in perfectione essentiali; conce-
denda illi est amplitudo virtualis infinita, in-
dipendens, immutabilis, illimitata, per
quam omnibus spatijs, tum realibus & actu-
libus, tum possibilibus adæquatè respon-
deat.

Idem confirmari solet à posteriori ex effe-
ctibus Dei, non tantum ijs quos de facto ope-
ratus est in hoc vniuerso, sed & quos in infi-
nitū quaque vniuersum operari potest sine illa
sui mutatione locali, quam omnes à Deo, &
quidem merito, semouent. Hæc autem pro-
posita supponit, Deum esse præsentem sub-
stantialiter vbi cunque operatur. Non quia
planē impossibile sit operationem dari in di-
stans, ut male quidam imaginantur: sed
quia Deus operari perfectissimo agendi
modo eatur, qui consistit in perfectissima
applicatione maximè potenti ex se: vi-
delice per indistanciam. Causa enim, quo
præsenter est, è magis dominatur & regnat
in effectu. Ac si aliunde esset debilis; tandem
melius ageret, quod magis indistaret. Quare
careris paribus, modus agendi per indistanciam
præstat. Ideoque iure Loco tribuitur.

Hinc, autem sequitur primò Deum adesse
intimè rebus omnibus adū existētibus. Quia
in omnibus operatur, efficiendo vel conser-
vando omnia, iuxta illud Rom. 11. Ex ipso,
& per ipsum, & in ipso sunt omnia, & Sapient.
II. v. 26. Quomodo autem posset aliquis per-
manere, nisi tu vnuissis: aut quod à te vnuissis
non esset, conservaretur? & alia loca Scripturæ
supra citata.

Sequitur secundū, Deum esse in omnibus spatijs imaginarijs, id est, habere extensiō-
mē virtutē aequivalentē illi formalē, quā imaginamur extra celos undeque illimitatam: & esse vbi cunque operari potest modo illo perfectissimo, ita ut eius amplitu-
do non limitetur ad hoc vniuersum, sed infi-
nitā sit, & immutabilis, & peccati gloria, sem-
perque eodem modo se habens secundum se-
cū ad illam alia diversiōne habent. Nam alioqui instaratur localiter, & exen-
deret se, in eo casu que extra mundum ali-
quid aliud producet. Quia enim intimē illi
adesse deberet, ut adest toti mundo: deberet
sumere maiorem quā amplitudinem, & ex-
tendere se. Ac si Deus ante mundi creationē
non habuisset amplitudinem situalem quam
punc haberet, sed præsentiam mē s[ecundu]m & planē
indivisiabilem: non potuisset mun-
dū sibi coniungere secundum præsentiam adæquatam, sine aliqua sui mutatione, &
extensiō locali. Sic denique, licet intra luna concavum destrueret omnia, es-
set nihilominus in luna seorsim totum il-
lud concavum; ut iacti postea, codēm

concano corporibus iterum repleto. Nam alioqui mutaretur localiter, si recederet, aut accederet, aut aliter in illo secundum se defineret esse, vel inciperet: qui plus vel minus intrinsecas extēsionis situās haberet. Et si alium mundum crearet distantem ab illo qui nunc est, esset inter utrumque mundum, quamvis inter utrumque nihil aliud interieret. Alioquin haberet extēsionem situālem intrinsecam interruptam & discretam: quod non minus est impossibile, quād Deum habere extēsionem intrinsecam suā durātionis interruptam & discretam, in eo casu quo vniuersum destrueret, & postea reproduceret, non durando seu perseverando in esse, donec eundem mundum reproduceret, vel alium crearet. Quod implicare contradictionem manifestum est. Sic enim Deus defineret & inciperet esse.

17. Sequitur tertius, Deum excellenter, sine mole, & sine partibus, continere omnem longitudinem, latitudinem, & profunditatem, haberēque actū quicquid ex parte sui necessarium est, vt infinita corpora possint ipsi se presentia, posito iōlūm quod existat, quamvis alia sint extra alia, & molem immensam constituant: sicut per eternitatem habet quicquid ex parte sui necessarium est, vt quæcunque sunt, aut esse possunt successivē in infinitū, sint illa temporaliter præsentia. Ita vt sit eternitas est duratio actū infinita, carens principio & fine, per quam Deus exitus ante mundi creationem, & habet ex se quicquid durationis requiritur, vt coexistat rebus quibuslibet creabilib⁹ prius & prius in infinitū à parte ante, vel posterius & posterius in infinitū à parte post: quod non habet res in tempore creata, vel in tempore definiens: neque enim Angelus initio mundi creatus, vi durationis quam recipia habuit, coextinctus alteri Angelō quem Deus longe ante mundum creasset. Sic immensitas diuina concipienda est velut diffusio entitatis diuinæ actū infinita undequā, per quam Deus excedit infinitè limites huius vniuersi, habetque ex se quicquid est necessarium vt respondat intimè, & præsens sit quibusunque corporibus extra mundum creabilib⁹ in infinitū, sine vlla sui mutatione locali; quod non habent corpora iam creata, vel Angeli, que cur diuisi⁹ & divisionis formalis ut virtualis, non est actū infinita, & illimitata ex parte sui. Et certè alioqui Deus non esset actū immensus, si tantum haberet diffusionem huic mundo respondentem: vt non esset eternus, si haberet tantum durationem huic mundo respondentem, & non illi præexistenter. Sic enim esset lviditatus in duratione & diffusione, aquæ ac mundus ipse, eique commensuratus. Atqui de fide est Deum esse actū immensum & eternum; id est, illimitata & immensurabilis diffusionis & durations. Ergo non habet solum diffusionem, huic mundo respondentem: sed inuitè magis latè participantem undequaque, per quam aptus est in-

timè præsens esse quibusunque creaturis extrā mundum producibilibus: Sicut per eternitatem poterat coexistere creaturis possibilibus prius & prius in infinitū ante mundi creationem.

SECTIO IV.

*Difficultates, & nota circa doctrinam
precedentem.*

Contra primam partem conclusionis proposita nihil peculiare magni momenti obijicitur. Nam quod Deus in Scriptura dicatur specialiter esse in cœlo, in templo Salomonis, in Sion, &c. de speciali modo ratione aliquius operationis vel effectus intelligentum est. Quo pacto Deus specialiter est in cœlo, per gloriam: in iustis, per gratiam: in templo, per maiestatem: in Christo, per vniōnem hypostaticam: in Ecclesia vniuersi, per directionem specialem & assistentiam. Inde centia vero qua videtur esse in eo quod Deus sit intimè præsens rebus etiam foedioribus, imaginaria est, nec nisi respectu nostri, quos hac malè afficiunt. Imò illa qualiacunque, sunt Dei opera. Neque est indignius, Non est Deum indistanter & intimè illis adesse, indignum Deo adesse, rebus vno non inscius: nec anima spiritalis leproso corpore: nec Angeli mundo corporeo. Vellem autem ad hoc attendere Caluinitate, vt non adeo mouerentur indignitatibus quibusdam, quæ circa species Eucharisticas contingunt aliquando. Quasi plus sit corpus Christi, quam Deus. Illa vero quæ Deo tribuuntur interdum in Scriptura, ambulare, venire, ascendere, descendere, tropica sunt ex effectibus. Difficultas denique naturalis, quomodo Deus existens indivisibilis, sit in spatijs divisibilibus, totus in toto, & totus in qualibet parte, qua ratione videtur multiplicatum id quod vnicum est, & videtur esse extra se, ac distare à seipso; si totum est ubique: id sane ratione naturali explicari satis nequit, vt fatetur Magister in primo distinctione 37. Lit. F. Eadem tamen difficultas est de anima rationali, & de Angelis. Et multa sunt quæ esse quidem constat, non tamen satis appetet quomodo sit. Ut compositio continui, motus, tempus, eternitas, organizatio animalium ex vilissima & pœnè uniformi materia. Ne prædicta difficultas non sufficit ad destruendum dogma fide & ratione aliunde certum. Moust tamen Vvorstium Caluinitam (& sanè alios quæ mouere deberet: nam si attendunt, ea quæ contra Christi præsentiam multiplicem opponunt argumenta, contra hanc aquæ militant? Nihil enim refert, si nō corpus, an spiritus, id quod localiter multiplicatur: cum diffusus sit in eo sit, quomodo unum & idem possit

G 3